

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Simonius Heinrich Schele

Oratio De Gratitudine

Rostochi[i]: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72913394X>

Druck Freier  Zugang



H. Schele .
R.U. phil. 1613.

357

Vit. Gen. etab.
p. 28.

Oratio DE GRATITUDINE.

Quam

In Clarissimi Viri,

Dn. IOHANNIS SIMONII,
& in almâ Rosarum Academia Eloquentiæ
Professoris publici

COLLEGIO ORATORIO

Exercitiū causā recitabat

HENRICUS SCHELE
Rostoch. Mechelb.

*Ad diem 4. Id F. bruar.
hora & loco consuetis.*



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedanii,
ANNO M. DC. XII.

1613



ORATIO
DE GRATITUDINE.

V&a singula hominibus ad dicendum accendentibus timorem facere consueverunt, Auditores, ea mihi hodierno die sese obyciunt universa. Sed non parum me recreat audientium dignitas, tum ipsa orationis materia, cum dicensi conditio, tum vero in primis animorum vestrorum erga me aequitas atq; humanitas. Praclarum enim ipsi statuitis & pulchrum, sapè in his nostris congresibus, qui honestate consociati sunt, de virtutum decore dicere. Nec vero parum utilitas hac doctrina adferre solet, cum & de hominis hac vita felicitate agat: & quoniam pacto animi sint cohibenda perturbationes ostendat; & virtutum & vitiorum vim naturamq; explicet; & constanter honesteq; vivendi rationem q; prescribat, & deniq; languentes excitet currentesq; inflammet. Est equidem summa prudentia opus, posse virtutis genuinos colores

A 2

lores

125

lores ita oratione depingere, ut ejus utilitate
et suavitate homines allicitur: à qua quan-
tum ego absim ipse mihi sum testis: attamen
decet et nos nostramq; statem, ut omnem à te-
neris (ut graci dicunt) unguiculis, curam atq;
operam, ad virtutum contemplationeui stu-
diumq; conferamus, in hoc quoq; vehementer
omni nervorum contentione elaboremus, ut
boni officiorum ratiocinatores simus. Quæ
omnia cum ita se habeant: constitui et ego,
cum ordo denuo ad me devolutus sit: de illa
virtute, quam Gratitudinem appellant, agere,
ejusq; Encomium instituere. Vestri munera
est, Auditores, quorum equitas et benevo-
lentia, hoc loco persapè spectata est, ut me, dum
in hac statione versor, in quam me non aliqua
animi ambitio, aut aura popularis fumus, sed
Cl. virorum judicium deduxit, leni ac patien-
ti animo, ut alias soletis, audiatis. Est ergo,
Auditores, Gratitudo virtus complectens
veritatem et Justitiam: Veritatem, quia
Deus vult nos agnoscere et fateri, unde ben-
ficia accepta sint. Justitiam, vero, quia ob-
ligat nos ad mutuam benevolentiam, et ad a-
lia.

352

lia certa officia. Estq; non solum maxima, sed
etiam mater virtutum omnium reliquarum.
Quid enim est Pietas, nisi voluntas grata in-
parentes? Qui sunt boni cives, qui bello, qui
domi, qui de patria bene merentes, nisi qui pa-
tria beneficia meminerunt. Qui sancti, qui
religionem colentes, nisi qui meritam Deo im-
mortali gratiam, justis honoribus memori-
mente persolvunt? Qua potest esse iucunditas
vita, sublatis amicitijs? Qua porro amicitia
esse potest inter ingratos? Quis est nostrum
liberaliter educatus, cui non educatores, cui
non magistri suis atq; doctores, cui non locus ille
mutus, ubi ipse alitus atq; doctus est cum grata
recordatione in mente versetur. Cujus opes
aut tanta esse possunt, aut unquam fuerunt,
qua sine multorum amicorum officijs stare pos-
sint? qua certè, sublata memoria & gratiā,
nulla extare possunt. Quid? quod & Chri-
stus ipse nobis in Samaritano reverso, & pro-
valetudinis restitutione, gratias agente; tum
etiam, in Marthao; itemq; in Zachao: eam
commendat virtutem, qua agnoscit se ab alio
acepisse beneficium: hisq; exemplis nos ad re-
feren-

A 3

feren-

ferendam gratiam incitare, ac cohortari vult:
quod ipse quidem adeò serio agit, ut inimicis
etiam nostris nos obstringat, E mandet ijs
quoq_z, à quibus nihil boni acceperimus, nec spe-
rare possumus, fontes nostros beneficentia pa-
tetur: id quod E Apostolus Paulus testa-
tur: ubi inquit: Benedicite maledicentibus
vobis, E orate pro calumniantibus vos. Et
mox! Veruntamen diligite inimicos vestros
benefacite, E misericordiam date, nihil inde speran-
tes. Neq_z vero tantum DEus nobis hanc
virtutem eo, quo diximus pacto commenda-
vit: verum ipsis etiam belluis, E ratione ca-
rentibus animalibus quendam referenda gra-
tia sensum insevit, ut Ciconia, qua non tantum
ijs apud quos nidulatur quotannis evolviens solvit,
ovum, pullum, calaram; sed etiam parentes
senecta defectos vicissim alit, E volandi im-
potentes humeris gestat de qua pietate memi-
nit Aristoph. in avibus (ubi inquit.)

Ἄλλος ἐστιν οἷμον ποῖσιν ὄργησιν νόμος,

Παλαιὸς ἐν τοῖς τῶν πελαργῶν κύρβεστιν.

Ἐπὴν ὁ πατήρ ὁ πελάργος ἐκπειθομένος

Πάντας πινον τὰς πελαργιδεῖς τρέφειν.

Δῆτας τεούτας τὸν παῖδες πάλιν τρέφειν.

Quam

383

Quam pietatem etiam veteres observarunt ut Suidas refert: Veteres, inquit, in summo regum sceptro Ciconiam pingebant, in imo Hippotatum, ut monerent pietatem à regibus colendam & evehendam; opprimendam impietatem, & ingratitudinem. Admirandus quoq; Canum erga hominem amor: Cum enim ex causa Neronis Germanici filij animadverteretur in T. sabinum & servitiae ejus, canis ejus à carcere abigi nunquam potuit, eoq; postea ad scalas Gemonias deducto, in gementium morem latrando semper Domino astitit, mirantibusq; hominibus, panem qui oblatus erat, non manducans ori Domini admovebat, qui posteaquam in Tyberim projectus fuit, in amnem secutus Dominum, ut posterat ex aqua caput ejus elevabat, quem vivere adhuc arbitrabantur.

Scribit quoq; Ambrosius in Hexamero, canem Domini corpus noctu à milite in Antiochia occisi, semper custodivisse, juxta ut posterat gementem. Ad quem spectandum quia res mira videbatur, cum pastridie multi convenissent atq; in eis is esset, qui eam cadem patravit,

rat, quia ignotum se cede noctu peracta arbitrabatur, a cane dentibus comprehensus, cum insuper latratu urgeretur, & ipse pra animi conscientia plurimum perturbaretur, suspicione perpetrate & cadi fecit, itaq; captus a Magistratu, confessione criminis extorta, multatus est.

Et notus est Androdus, qui cum antea interferas versatus Leoni laboranti opem tulisset, postea in circu maximo Roma ab eodem Leone fuit, non sine miraculo, servatus. Et Caranus Parius a Delphinis e naufragio dicitur servatus, quos ipse prius redemptos a piscatoribus liberos dimiserat. Et Elephas pro nutritore suo amico depugnat. Pindi mortem ulsciscitur Draco, quem ipse aluerat liberaliter. Nec tantum verbis & exemplis Deus Ter. Opt. Max. hoc tantum & tam praeclarum & insigne decus mandavit precepitq; : verum ipse etiam facto & re nobis quoq; id ipsum commendat. Vultus testimonia? En vobis unum illud instar omnium. Annon enim mundus Dei hostis est? Est, ut ipsa res docet, tantus, ut capitalior esse vix possit. cum & filium
Dei

354

Dei unigenitum cruci affixerit, nec dum defi-
nat Deum blasphemare. Et tamen miseri-
cors Deus vocem Evangelij sui usq; ad novissi-
mum diem in mundo prædicari vult: Et beni-
gnus est in bonos & malos. O vim auco-
ritatis divina in commendanda gratitudine
admirandam planeq; stupendam! Quis eam
nullo loco numeraret? quis eam levissimo
saltu transvolaret? quis eam aspernaretur?
quis nisi insigniter turpis negligeret? Ciconia
parentes annis obfitos nutrit: nos homunculi
nostris præmia educationis negaremus?
Leo homini homo est, nos homini leones erimus?
Delphinus naufragum servat. nos hominem
in luto hastantem pro de relictio habebimus?
Draco punitor est cedis, in suum dominum
admissus: nos tam erimus omnis humanitatis
obliti, ut quos auxilio juvare debebamus, eos
ladamus, atq; violemus. Quid? Deus, Deus,
inquam, ipse filium suum Dominum nostrum
Jesum CHRISTUM voluit pro nobis fieri
victimam, Deus largitur nobis Evangelium
& Spiritum Sanctum remittitq; nobis pecca-
ta, liberavit nos à potestate Diaboli, & à

missus

B

morte

morte aeterna, datq; nobis vitam aeternam,
haec Deus nobis confert, & praefat: nos vero
homunculi vitam eripiamus ijs, qui omnibus
bonis nos cumulaverunt. O inerrabile vincu-
lum gratitudinis? quis eam non jure miretur?
quis non in cœlum usq; illā extollat syderibusq;
consecret? Quis autem unquam tam barba-
rus fuit, ut justitiam vituperaret? quis
tam ab humanitate aversus, ut veritatem in
vitio poneret? Et quis gratitudinem prædi-
catione dignam inficiaretur? Cujus partes
sunt veritas: qua mente, ore, corde, sentit ac
profitetur, unde acceperit beneficium: & Ju-
stitia, qua vicissim diligit benefactorem, &
agnoscit se ad amandam obligatam esse, & servat
equalitatem. Quare gratitudinem præstan-
tissimam esse virtutem necesse est. Sed &
ipsa quoq; causa, decus hujus virtutis nobis sa-
tis superq; commendant. Est enim ut alia-
rum rerum bonarum omnium, sic gratitudinis
quoq; primus effector Spiritus Sanctus. Hic
suam lucem in mentibus accendit, ut manda-
tum Dei cogitent, præcipitq; veritatem &
justitiam. Idemq; regit & gubernat volun-
tatem.

355

tatem, ut mandato Dei obtemperet, præcipiatq;
cordi, linguae & externis membris, ut viciſſim
diligant, celebrent, & benefactorem officijs co-
lant. Quæ omnia cum aeternis praconis sint
mactanda: Gratitudinem quoq;
perpetuis laudibus ornādam esse, nemo inficias ibit. Itaq;
& omnibus temporibus sancti & optimi quiq;
in genere humano gratitudinem coluerunt,
eamq;
opere ipso præstiterunt ihs, à quibus be-
neficia acceperant. Quid enim Israelita, non-
ne erga Gedeonem grati fuerunt? Cum enim
de manu Madianitarum filios Israel liberaſ-
set Gedeon, dixerunt ad eum omnes viri Israel:
Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij
tui: quia liberasti nos de manu Madian.
Quid enim David? nonne se erga Jonatha-
nem gratum præbuit? qui post mortem ejus,
filio ejus Mephiboseth omnia Saulis regis bo-
na aſſignarit, cumq;
Regia mensa adhibuerit.
Nec etiam minora grata mentis officia &
munera Prophetæ Danieli exhibuit Nabu-
chodonosor rex Babyloniorum. Divus au-
tem Apostolus, prob! quanto amore, quan-
tisq;
gratitudinis officijs omnes bene deſe meri-

tos prosequutus est! Possim item ex gentili-
tate adducta exempla hic narrare permulta:
sed optimorum quadam sunt introducenda.
Ægyptios prodit Diodorus Siculus, erga bene
meritos præcipue gratos esse, quod magnum
vita subsidium opinentur gratia retributio-
nem. Itaq; nec hominib. solum, sed etiam bru-
tis quoq; animalibus gratitudinem pro bene-
ficijs acceptis ostendere voluerunt.

De Persis seribit Xenophon, si quem intellexissent
gratiam non referre, quum posset, eos in ipsum valde
animadvertisse, quod ingratis homines imprimis
nulla Dei cura, nulla parentum, patriæ, amicorum
adisci arbitrabantur. Agesilaus quoq; non tantum
injustum esse judicabat, non referre gratias: sed
hoc etiam, si is, qui plus posset, non maiores quoq; gra-
tias referret, id quod Ἡ Hesiodus probat: ubi ait,
Αὐτῷ τὸν μὲν φόνον λατιόν.

Ita gratitudinis est, plura quam collata nobis sunt
rependere. quod ipsum monebant veteres, qui unam
Gratiarum aversam, ceteras non aspicientes finge-
bant. Ἡ pingebant. Ut enim beneficij dati oblivisci
oportet, accepti meminisse: ita plus reddendum, quam
in nos collocatum sit.

Mace-

356.

Macedones verò actionem, dederunt ad-
versus ingratos de qua re celebris Historia extat
apud Senecam lib. 4. cap. 37. de Benef. de Mi-
lite, cuius fronti Philippus Macedo hac verba,
HOSPES INGRATVS, inuri jussit. Athenenses nullam admittebant ingratum ad Rem-
public: Existimabant enim, nec sacra pro urbe
ab eo ritè, nec aliud quicquam fieri posse ~~νολων~~ in dignitate.
Graci autem templo gratiarum in medijs urbibus lo-
cabant.: quo publicè testatum faceant, nihil DEO
magis placere, nihil majori esse ornamento civitatibus,
quam si homines huic virtuti studeant. Quis igitur
hanc virtutem gloria atq; prædicatione dignam ne-
garet? cum etiam manifestum sit, eam immensas u-
tilitates suo ambitu complexam esse. Est enim nul-
lum officium (quod Cic. i. officiorum ait) retribuenda
gratiā magis necessarium. Inest enim huic virtuti
officiorum communicatio: qua sit mutua benevolen-
tia, benignitate, ac beneficentia. id quod exempla
testantur. Gratianus Casar Ausonium Gallum pra-
ceptorē consulem fecit, & multis alijs beneficijs li-
beralissimè affectit. Philippus Macedonum Rex ca-
ptivum, à quo liberè & amicè admonitus fuerat, li-
beravit. Gracia Hippocratis discipulis, qui pluri-
mis pestis laborantibus opitulati fuerant, eadem quos

B 3

& Her-

Gloria Herculi, honores decererit. **A**lfonsus Arragonia rex, in mare pro lapsus è navicula, beneficio remigis servatus est. **H**uic meriti gratia quotannis, dum vivaveret, duodecim uncias pendendas ex ariero statuit. **I**n signis quoq; fuit Isocratis erga preceptorem Theramenem pietas & gratitudo. **C**um enim Theramenes à triginta Tyrannis comprehendenderetur, & ad aram in curia confugisset: metu attonitis ceteris universis, solus Isocrates surrexit, ei patrocinaturus. **Q**uem Theramenes collaudato! ejus bene dictio verba facere vetus: testatus, privata sibi calamitate id fore acerbius, si cui amicorum sua causa periculum crearetur. **M**anus Antonius preceptoris sui effigiem sculptam in templo consecrasse dicitur, ut perpetuum gratitudinis sua monumentum extaret. **V**erum quis omnia enumeraret exempla; quibus testatum est gratitudinem esse quandam officiorum communicationem! qua ipsa communicatione vitam humana conservari, & conjungi tam verum est, ut nihil verius esse possit. **H**ac enim, haec est illa ipsa virtus, quae beneficos excitat. quemadmodum. enim Ingratitudo fontem beneficiorum exiccat & obstruit, ita & ex ea ex se est in tunc illa: haec eadem virtus maxima est ornamento possessoribus suis. **U**t enim pœna à domo ingrati non recedet: ita nec à domo grati

257

grati unquam recedet bonum Dei, benedictio: id
quod appositione exemplorum fiet clarus. Quid
enim perdidit Iudeos? In gratitudo. Quid nostra
tempora afflit? In gratitudo. Quid tandem mun-
dum evertet? In gratitudo. Quod si ingratitudi-
nis tanta vis est ad incommodandum: quantam
in gratitudine putabimus esse efficaciam ad conser-
vandum? Quare, cum tanta sit in memoria grati a-
nimis dignitas, tanta honestas, tanta amplitudo, tanta
utilitas: meritò gratitudinem laudandam, **E** omni
prædicatione mactandam asserimus.

Tu Christe, fili Dei, miserere nostri, qui pro tantis
tuis in nos beneficj. adeò ingrati sumus, ut nec mens
tantam cladem satis cogitare, nec lingua eloqui possit.
Tu nobis instilla lucis tuae radios, quibus pectora
nostra collustrata, te ament, te metuant, tibi grata-
dicant, **E** faciant.

D I X I



Ornatissimo Juveni,
D N. H ENRICO SCHELEN
de Gratitudine Peroranti.

Qui plurium rerum suum cor instruit.
Q Et imbuit scientijs
Nec arma comparat sibi Demosthenis,
Fandiq; largam copiam.
Is omne, quod se scire censet optimè
Nescire prorsus creditur.
Si namq; plurimum refert convivis
In sumptuosioribus.
Ut præparet lautas dapes aromatis
Cocus salubrioribus:
Sic haud parum interest quibus sermonibus
Quis cogitata proferat.
Proinde longè, H E N R I C E, rectius facis,
Dum non modò scientijs
Rerum cor instruis sed insuper quoq;
Os imbuīs mellifluis
Linguis, tibiq; comparas facundiam,
Quæ melle lesbo dulcior.
Hinc jure tibi gratulor de hujusmodi
Prosperimis conatibus.
Sed perge pervigil, gravemq; sustine.
Molem laboris fortiter
Namq; ex labore maximo scaturiunt
Immensa sæpè commoda.


Amico charissimo deproperabam.

ANDREAS MUSELIUS Variscus

- 6 (1) 90 -

Macedones verò actionem;
versus ingratos de qua re celebris
apud Senecam lib. 4. cap. 37. de B
lite, cuius fronti Philippus Macedo
HOSPES INGRATVS, in
thenienses nullam admittebant ingra
publie: Existimabant enim, nec se
ab eo ritè, nec aliud quicquam fieri posse.
Graci autem templa gratiarum in me
cabant.: quo publicè testatum facerent
magis placere, nihil majori esse ornamen
quam si homines huic virtuti studeant
hanc virtutem gloria atq; prædicatione
garet? cum etiam manifestum sit, car
tilitates suo ambitu complexam esse.
lum officium (quod Cic. 1. officiorum a
gratiā magis necessarium. Inest enī
officiorum communicatio: qua sit mu
tia, benignitate, ac beneficentia. id
testantur. Gratianus Casar Ausoniū
ceptorem consulem fecit, & multis a
beralissimè affectit. Philippus Mace
dotivum, à quo liberè & amicè admis
beravit. Gracia Hippocratis discip
lis peste laborantibus opitulati fueran

B 3



the scale towards document

Patch Reference number on UTT 047

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.